

VIET-CHI POST - n. 33, epistula n. 21

Magister Phan-Hoang Britannice scripsit, In linguam Latinam Daniela Mazzon explicavit

VIET-CHI POST relatio

de SU-LO – i. e. de Germano Magistro

Cum multae Martiales artes, diversae inter se, sint, ut Karate, T'ai-Ji-Quan, Tae Kwon Do, Viettaichi, Kendo, Vietvodao, Qi-Kung etc., discipuli omnium artium, si eorum sententiam exquiras de dissimilitudine aut cognatione inter artes, saepe distinctionem inter suam artem et ceteras illustrabunt. Ita illis videtur, magistri autem aliter ac illos sentiunt.

Cur? Quod docere et discere diversa inter se sunt. Boni doctores et magistri cuiusvis artis eas omnes inter se cohaerescere ob commune momentum intellegit, cui nomen est *'Magistrorum via'* vel simpliciter *'Germanus magister'*. Haec est via communis cunctis magistris, sine ullo discrimine inter singulas artes. Magnus magister PHAN HOANG hanc viam Vietnamitice nominavit SU-LO.

SU magister vel doctor est; LO via, iter.

SU-LO = Magistrorum et doctorum via, i. e.:

"DE DOCTORUM ET MAGISTRORUM DOCENDI RATIONE ET EXERCITATIONIBUS ". SU-LO ad usum doctorum et magistrorum omnium artium, sincere exquirentium viam ut artium haerentium antiquis moribus, boni felicesque magistri fiant, institutum fuit. SU-LO exercitatio diu perpaucis suis fidelissimis discipulis a Magistro servata fuit. Nunc noster Magnus Magister ianuam huius studiorum rationis, i. e. SU-LO, doctoribus et magistris omnium artium aperire vult.

Tria capita SU-LO sunt. Primum **Artis exercitatio** (Quyen-Thuat) est ; secundum **Docendi via** (Phuong-Phap), tertium **Magistrorum doctrina** (Thong Lo). In tertio capite multi usus atque exercitationes aguntur, in secundo capite, verum, rationes. Huius viae rudimentum, eximium Quyen **KY-MON** est. Hoc Quyen KY-MON non solum illis qui se in quavis octo VIET-CHI disciplinarum, ut Vietvodao, Viettaichi, Chi-Kiem, se exercitaverunt, latam cognitionem praebet, sed etiam mira occasio ceteris, qui in aliis martialibus disciplinis se bene diligentissimeque exercent, est, ut clari sodalicii participes sint, sine ullo discrimine. Magistri autem, qui Magni Magistri discipuli sunt, cari expectatique venient, cum sua longa itinera recognoscere possint.

Primus conventus exercitatioque in Italica urbe Pisa erit **d. SABBATO 17, m. OCTOBRI, a.2009 (10:00 am – 18:30 pm)**. Eodem tempore VIETTAICHI et CHI-KIEM/ PACIS GLADII exercitationes erunt. Sabbato vesperi, convivio, Magni Magistri septuagesimum tertium diem natalem agemus, qui, cum provectus aetate sit, orbem terrarum circumit ut cingula nigra eorumque doctores exercent, ut Rationem docendi clarissimarum universitatum doctores doceat, ut rector novorum universitatum

professorum sit. Nunc scimus cur exercere SU-LO viam, nobis bonam mentem animique inclinationem tributurum sit. (*alia in VIET-CHI POST n. XXXIX*)

VIET-CHI POST

www.vovietjournal.org

Email: vovietmailbox@vovietjournal.org

Si vis te certiolem faciamus de SU-LO et MAGISTRORUM SCHOLA, ad nos email inscriptionem, nomen, domicilium, artem mitte..